Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



plurimis: inter quas et sancti symeonis
epi soror nomine tarbua. cum pedissequa
sua serra scissa est. Ciuitate cordula: nata
le sanctorum parmeni: helimene: et criso
toli p̄sbr̄orum. luce et mucy diaconorū: quo
rum triumphus martiry in passione sanctorū
abdon et sennis habetur. Lugduno: sancti
epypody: qui persecucione antonini ueri
post illata sibi grauia tormenta: martiriū
capitis abscisione compleuit. Senonis: sci

IA per leonis epi. ix kalendas May 23. Ap. A. ix.
sida ciuitate diospoli. passio sancti
georgy martiris: cuius passio et si inter
apocriphas connumeratur scripturas: tn̄
illustrissimum eius martirium inter coronas
martirum ecclesia venerabiliter honorat. In
gallys ciuitate valencia: natale sanctorum
felicis p̄sbr̄i: fortunati: et achillei diacono
rum: qui cum maximam partem supradic
te ciuitatis ad fidem xp̄i conuertissent: a
duce cornelio in carcerem trusi sunt. deinde
diutissime verberati: cruribusq; confractis
circa vertiginem rotarum astricti. fumum
quoq; in eculei suspensione ꝑpessi. ad extre
mum gladio consumati sunt. viii kalendas May. 24. Ap. B. D.

Sancti Georgii Martyris; cujus passio pridie hujus diei recensetur.

LUgduno gallie: natale
sancti alexandri martiris: qui per
secucione antonini veri post carce
ris custodiam. primo ita laniatus est. cru